

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Christus ak
cum uariis

Refugium fugit, fortitudo formidat. Quid sibi uult euangelista? Deuoti militis est regis sui tacere fugam, narrare constanciam, aperire forcia, tacere infirma. Et sequitur quod fugit autem Christus, non fuit timoris sed misterii. Bellicosus enim si in bello fugit, artis est non timoris; insequentem non timet, sed producit ut palam uincat.

Petrus Rauennas tractans illud Matthei II.: Fuge in Egyptum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

fugit] fuge P V¹, *om.* V² L¹ L²; fortitudo formidat] formidat fortitudo P V¹ V² L¹ L²;
euangelista] euangelica M; sequitur] sequi alta L¹ L²